

B. M. II, 41.

h. 5, 12.

X 1880774

II R
4456

C. B. D.

DE

OBSERVANTIA IMPERIALI,

vulgo

Reichs = Herkommen.

In Alma Studiorum Universitate Argentoratensi,

P R Æ S I D E

JO. GEORGIO KULPIS,

Instit. Impp. & Jur. Publ. Prof. Ord.

Ad d. 15. Mens. Novembr. 1685.

SOLENNEM DISPUTATIONEM

instituit

JO. JOACHIMUS KOCH, Hamburg.

ARGENTORATI,

Literis JOHANNIS FRIDERICI SPOOR.



OBSEKVA
IMPERIALI

arglo

Spiciloge = Specimen

In summa studio...



IO. GEORGIO

Instit. Prop. & Jur. Publ. Prof. Ord.

Ab d. 12. Nov. 1842



SOLEMNEM DISPUTATIONE

instituit

IO. JOACHIMUS KOCH, Hamburg.

REGENTOR

Petrus JOHANNIS FRIDERICI SPOR.



C. B. D.

De

OBSERVANTIA IMPERIALI,

valgo

Reichs-Herkommen.

I.

Argumenti hujus necessitas & usus. Observantia appellationes. legales. arbitraria. à juribus similibus differentia. spuria. vera. Origo. descriptio.



Uicunque in lectione Acto-
rum Comitialium aliorumque
publicorum Germaniæ monu-
mentorum, vel paulisper sunt
versati, eos in pluribus juris,
præsertim publici, capitibus,
Observantia Imperialis, sive,
ut vernacula nostra significan-

tius exprimitur, des Reichs-Herkommens / mentio-
nem fieri, deprehendisse, nulli prorsus dubitamus. Nam
& legibus publicis frequenter eò provocatur, & in con-

A

tro-

Ord. Cam.
P. 1. Tit. 3.
§. 1. seqq.

de ICto Ver.
Et perf.
§. XIII. p. 73.

troverſiis inter Ordines Imperii ſubinde agitatis, liti-
gantium quiſque Obſervantiam Imperialem, in ſuas par-
tes trahere, vel ſaltem allegare, omnibus modis conni-
titur, ſufficienti indicio, quam inſigne momentum, in
rebus hujus generis, iſta præbeat. Unde *Imperialium*
obſervantiarum notitia non ſolum inter cæteras ſupre-
mo Germaniæ Tribunali præfecti Judicis, Aſſefforum-
que, virtutes, ſolenni quodam elogio, pertinet, & ex
primæ conſtitutionis neceſſitate requiritur, ſed in aliis
quoque, qui vel publicorum negotiorum tractatione
occupati ſunt, vel ſimili ratione adminiſtrandæ Reipu-
blicæ impendunt operam, iſthæ Germanici Juris haud
exigua portio, cognitu plane neceſſaria eſt, maxime, ſi
ad illorum rigorem attendere velimus, qui cum *Præſchio*,
V. CL. Jurisconſulti vel Jurisperiti nomine cenſeri non
poſſe arbitrantur eum, qui vel in una ſpecie, vel parte
generalis, imo etiam Capite Juris, imperitus offendatur,
nam in complexu Juris, de quo loquitur, & obſervantias
hæc comprehendit, quæ mox ſubjungitur declaratio,
ſatis demonſtrat. Et tamen, ſi dicendum quod res eſt,
pauca admodum ſunt, quæ de hoc argumento apud pu-
blici, pauciora quæ apud privati Juris Commentatores
deprehendas, nec uſpam ferè quam in applicatione de-
mum præſenti, hic & illic, memoria illius, ſæpe ſatis tu-
multuaria, ſolet excitari. Ea ſaltem tractationis raritas,
vel etiam difficultas, præſidio nobis eſſe debet, ſi forte, in
hac ipſa diſquiſitione minus rectè videbimur tradidiſſe.
Propoſitum verò nobis eſt, non totam materiæ hujus
luculentiffimæ amplitudinem exhaurire, ſed oſtenſo per
modum Exercitii Academici aliquo ſpecimine, ad perfi-
ciendum hoc opus doctiorum cogitationes maturiores

pro-

provocare. quale institutum supremi Numinis directioni, Lectorumque favori, ante omnia cupimus esse commenda-
datum.

II. Signavimus autem in Indice præscripto, id de quo dicendum est, per titulum *Observantia Imperialis*, in defectu commodioris appellationis; alias enim, si quis ad ultimam usque accurationem descendere velit, fatendum omnino est, quod jam *Schottelius* quoque, libri sui, *de singularibus quibusdam Germania Juribus, præfatione*, submonuit, non dari in latinis vocabulum, quo propria vis ac indoles genuina Germanicæ vocis, *Das Herkommen*/satis significanter possit exprimi; siquidem nec verè consuetudo est, nec *observantia*, in sensu vulgari, & communi, quem alias Interpretes Juris Romani sectantur: unde etiam Exteris, rerum Germanicarum forte studiosis, quid hoc rei sit, tam facile non est intellectu, neque sua lingua commode id reddere possunt, quemadmodum de illo meminerunt Nostri, qui, cum in Recessibus Imperii, aliisque constitutionibus, pactis, documentis publicis, vocabulum hoc sæpius legerat, singulare aliquod jus, quod *Marcomman* dicatur, in Germania esse, opinatus fuerit, in vim proprii nominis, quod commune erat, accipiens. Interea titulo, quo sumus usi, tuendo, si non publicarum legum, & nominatim *Instrumenti pacis Casareo-Suecici*, autoritatem, quod alii audacter faciunt, nos vero facere subdubitamus, saltem communem virorum pragmaticorum, imò ipsorum Imperii Ordinum, ita loquentium, morem, adducere possumus, quo satis constat, rem ipsam, quam intendimus, *observantiæ* nomine, explicari hæctenus consuevisse.

art V. n. XII
§. 31. & 33.



Ord. Regi-
ment. d. A.
1500. §.
item es soll.
add. R. I.
Spir. d. A.
1542. §. 127.
d. R. I. d. A.
1542. §. 17.
Ord. Crim.
praf. in fin.
R. I. 1594.
§. II.
R. I. 1512.
Tit. 3. §. 14.
art. V. §. XV.
n. 47.

III. In Constitutionibus Comitialibus, ubi juris hujus, vel in respectu totius Imperii, vel etiam singularium Provinciarum intuitu, fit mentio, proprie das **alte Herkommen** / vel etiam ein alter **Gebrauch und Herkommen** / appellatur, variaque & vocis inflectione & aliorumque quoque similium nominum appositione, subinde exprimitur; nimirum, **alte wohlhergebrachte rechtmäßige billige Gebräuche**: item, **Gebrauch** / **Gewohnheiten** / und **Herkommen**: & plerumque, **herbrachte Rechten** / **Gebrauche** / **Herkommen und Gewohnheiten**. ita videmus in *Instrumento* quoque *Pacis Casareo-Suecico* duo ista *Consuetudinem & observantiam* conjungi, in proxime vero antecedentibus *longi usus* nomen reperiri. In cætero arbitrariæ locutionis usu eandem varietatem, tam in scripturis, statuum Imperii nomine confectis exhibitisque, quam Doctorum Juris publici commentariis ac libris, deprehendere licet, quæ vel simpliciter das **Reichs** / **Herbringen** / vel cum elogio, das **fundbare Herbringen** / mox das **alte übliche Herkommen**: das **alte und ruhige Herkommen**: item die **Reichs** / **fundige Observantz**: das **fundbare Reichs** / **Herkommen und Observantz**: die **Reichs** / **fundige alte herkommene Rechte** & sic deinceps, nominatur, quemadmodum vel apud solum *Londorpium* quæ exstant varia & Electorum, & Principum & Civitatum, memorialie, ne de aliis infinitis locis dicamus, quemque facile docere possunt. Apud Doctores *Observantia* vocem uti jam dicere præoccupavimus, quam maxime frequentatur, de quo *Lexicographi* juris publici videndi sunt: apud *Besoldum* tamen &

Vid Lon-
dorp. Acter.
publ. Con-
tin. p. VI.
L. 5. c. 10.
p. VII. L. 6.
c. 112. c. 265
c. 618.

& usurpantiam legimus. *Ufus Germania* dixit *Dn. Rbetius*. Videtur vero omnium commodissime, latino quidem sermone, expressisse, *Notitia Imperii Bæcleriana*, quando *Legis Tradita* & simpliciter deinde *Traditorum* nomine hic usa est, prout ex postea dicendis amplius apparebit. nisi quod *alibi* per legem *praxi* & *consuetudine* stabilitam, explicare, ac legi per *traditionem* receptæ, opponere deprehendatur. *alibi* vero *Traditionem antiquam*, *praxin* & *Observantiam Imperii*, veluti significationis æqualis, conjungat.

Thefaur's Pract. h. voce. Inst. Jur. Publ. L. 1. T. 1. §. 14. L. IV. c. 1. p. m. 49. ad Otton. I. P. p. 2. Not. Imp. L. 6. c. 2. pr.

IV. Interea isthæc nominis differentia, rei ipsius confusionem peperit. Fuerunt, qui pro iisdem plane habuisse videntur, *consuetudinem, usum, communem observantiam, & stylum Curia*, uti præter *Angelum Aretinum, Antonium de Butrio, Johannem Fabrum* aliosque *Boërius*, terminos hosce in universum; usum vero consuetudinem & observantiam, *Klockius* atque *Carpzovius* fere promiscue adhibuerunt. Inter observantiam & consuetudinem *subtilem* aliquam differentiam esse tradidit *Georgius Barschamp*. Alii tamen operosius tum hæc à se invicem, tum à stylo Curia, distinxerunt, quam interum non sine magnâ explicationis discrepantia. Apud *Rbetium* in *Instit. jur. publici* ea Doctorum notatur disciplina, quâ, qui curare loquuntur, *stylum Curia de modo procedendi* vel concipiendi vel pronuntiandi aut emittendi quædam in Curia vel Judiciis recepta: *usum & observantiam* in genere *de judicialibus*: *consuetudinem* vero in latitudine aliqua, tam *de judicialibus* quam *extra judicialibus*, exaudiant. *Additionator Collegii Argentoratensis* ita discreminat, consuetudinem, quidem

Conf. 8. n. 1. de Contrib. c. 20. n. 91. 11. Resp. 40. n. 16. seqq. Radic. Clausul. c. 14. n. 17. L. 1. T. 1. §. 24. ad tit. de Leg. th. 44. 45.

ab Observantia, duplici modo, *primum* quod præscriptio temporis & alia in probatione observantiæ non requirantur, quæ tamen in consuetudine probanda necessaria sint; *deinde* quod observantia inducatur actu uno & sententia, & in nudo aliquo actu consistat, cum ad consuetudinem introducendam, ad minimum duo actus requirantur; à stylo curiæ vero in eo, quod hic tantum formam præscribat, quemadmodum acta judicialia & sententiæ recte confici debeant, ubi observantia non minus quam consuetudo, circa ipsam causarum definitionem decisionemque versetur: atque in eam rem varios Doctores allegat. Qui *Beroum* aliosque apud *Antonium Scappium* laudatos, sequuntur, plures differentiæ rationes assignant, quas tamen non minus, ac superiores plerasque rejecit confutavitque *B. Tabor* Noster; qui alias observantiam in genere in publicam & privatam, publicam rursus in judicialem & extrajudicialem distinxit; *privatam* dicit, quæ ex actibus partium, quæ instrumentum contractus alicujus secutæ sunt, desumitur, quando de interpretatione ejusdem dubitatur, quod actus sequens declaret voluntatem præcedentem; *publicam* vero, & quidem *judicialem*, quæ ex actibus judicialibus, *extrajudicialem* quæ ex actibus extrajudicialibus colligatur, *illam* nihil aliud esse quam stylum Curiæ, *hanc* vero, ipsam consuetudinem; atque pro hac opinione adducit *L. 35. ff. de Legib. L. 1. §. 33. ad Sc. Silan. l. 3. C. de edific. privat. in primis vero l. 1. §. 10. C. de V. J. E.* quæ consuetudinis nomine exprimitur id, quod *§. ult. Inst. de satisdat.* per Observantiam indicatur; Alii observantiam à Consuetudine, tanquam causam ab effectu discernunt, quod observantia sit frequens

de jure non
script. præ-
lim. 2. n. 10.
Tr. de Con-
frontat.
part. 1. §. 17.
seqq.

quens ille usus, ex quo tandem consuetudo oriatur, quæ *Trentleri*, eumque secuti *Rennemanni*, atque *Hunnii*, sententia est, sed à *Bachovio*, qui rem istam invertit, jam *in notis* refutata.

V. 1. D. 1.
 D. 9. l. 4.
 de princip.
 jur. d. 9.
 D. 3. l. 6.
 quest. 48.

V. Equidem nostrum non est, singula hæc sub ulterioris disquisitionis examen revocare, fortassis tamen, ad solidiorem præsentis argumenti notitiam comparandam, haud parum proderit, si noverimus, quænam causa sit, quare Doctores ita valde confusè, ut ipse *D. Tabor* fatetur, *de observantia* loquantur. Quæ certe mihi non aliunde, quam ex confusione juris Romani atque Germanici, repetenda esse videtur, frustra enim ex peregrinæ gentis legibus derivaveris, explicaverisque, quæ institutis propriis ac domesticis nostris originem suam unice debent. Nam illud sane expeditum, & ab omnibus concessum est, talem speciem juris, quæ apud Germanos *das Herkommen* dicitur, Romanos non habuisse, in appellanda tamen hac explicandaque juris Germanici parte, & pragmatici homines in tractationibus negotiorum publicorum, Curiisque, & Doctores in scholis, passim mutuatis ex jure Romano, aut saltem ex ejusdem interpretum disciplina, traductis, vocibus sunt usi, atque hoc proposito *observantia* nomen heic invaluit, non quasi illud ipsum, eo sensu, quo forte in libris juris Romani, illiusque interpretum, occurrit, exacte significaret, repræsenteretque id, quod nos vernacula nostra, *das Herkommen* dicimus, sed quia in comparatione ad instituta Romana, ad quæ communiter res etiam nostras, more jam pridem recepto, solemus conferre, commodior appellatio nulla reperiebatur; quæ denique etiam, ut propius quod debebat exprimeret, ab

d. l. §. 16.

ibid.

ab usu juris vulgari ad excellentiorem quendam sensum
erat provehenda. Unde jam facile apparet, quam justa
sit illorum disciplina, qui à conditione nominis, per
similitudinem tantum & comparationem aliquam huc
translati, ipsius rei, utrinque significatæ paritatem ex-
æquationemque, vel ut cum Philosophis loquamur,
identitatem formæ, arguere, sustinuerunt. Ego sane
contendere ausim, vocabulum *observantia*, quotiescun-
que in legibus Romanis legitur, quod quidem tam fre-
quenter factum non est, semper fere præsupponere le-
gem aliquam, sive jus jam constitutum, aut negotium
expressâ voluntate adornatum, cujus usus insecutus,
adeoque legis illius vel negotii executio, aut exercitium
in actum aliquem degressum, voce ista significetur, ita
ut rectius & forte magis latine siquis loqui velit, *observa-
tionem* potius quam *observantiam* dicere posset, quem-
admodum eadem leges etiam promiscue nomina ista
usurpant. Non vacat jam, neque etiam operæ pretium
est, singula loca excutere. ex iis tamen, quæ cogitanti
succurrerunt, non vana conjectura niti, quæ diximus,
facile potest demonstrari. docet hoc primum *l. 37. ff.
de Legib.* quæ sedes est observantiæ, quæ legem interpre-
tatur, utut nomen ipsum, diserte illic non exprimatur.
Sed in *§. ult. f. de satisdat. de observantia urbis Romæ*,
habetur, quam provinciæ omnes sequi debeant, ubi vel
ipsa res, de qua sermo est, *forma* nimirum satisfactionis
judicialis, quæ legibus utique apud Romanos perscri-
bebatur, id quod volumus, ostendit. Clarior est tex-
tus in *l. 1. pr. ff. de testam. milit.* ubi expresse *Observantia
Legum* dicitur, atque per *observationem juris* in *l. 14. C.
cod.* veluti *παραφρασιν* explicatur; eaque formula lo-
quendi

quendi sæpe occurrit; ita *juris honorarii observatio*, in l. 3. C. de suis & leg. iterum *juris nostri observatio*, hoc est, mere positivi, ut contextus docet, in l. 38. §. 2. ff. ad L. jul. de adult. in l. 5. C. de metat. hospitandi facultas sub certa *observatione* conceditur. Similiratione in l. 19. §. 2. ff. de castr. pecul. sine *observatione legum* testamentum facere, dicitur, & in l. 14. pr. ff. de jure Codicill. Codicillos *observationem & legem juris*, à testamento traditam servari; in l. 1. C. de Hæretic. Catholicæ legis *observatores* opponuntur Hæreticis & Schismaticis, & fere in univ-
sum *observari* nihil aliud est, quam secundum leges fieri, eorumque præscripto obedientiam præstari. Conf. l. 29. §. 6. ad L. Jul. de adult. l. 71. §. 2. ff. de Leg. 1.

VI. Quod si à Legibus ipsis ad Glossatores, atque Interpretes, transeamus, hæc omnia manifestius apparebunt, annon enim communiter *observantiam* à consuetudine & præscriptione in eo, tanquam caractere formali, distinguunt, quod in *observantia* non requiratur tempus longum, ut in consuetudine aut præscriptione, addita hac ratione perpetua, quia *non inductiva sed interpretativa sit actus precedentis*, ita enim & antiquiores loquebantur, & proximis temporibus ex Cravetta repetiit Klockius, loco antea nominato. imo in vim regulæ jam transierunt ista, quod ille *intellectus pactio-
norum assumi retineriq; debeat, quem rerum exitus, id est, obser-
vantia atque executio partium demonstret: quod obser-
vantia subsequuta naturam ipsam actus declaret: quod privilegia, leges, statuta, per usum & observantiam subse-
cutam declaranda sint: quemadmodum ex Fontanella & Schultesio consignavit Besoldus.* quare recentioris di-
sciplinæ est *observantiæ in inductivam & interpretati-*

B

vam

c. 20. n. 94.

Thes. Pract.
h. voc.

nam partitio, ab illis adornata, qui in Imperio Germanico multa huic parti juris, quæ *Observantia Imperialis* nomine venit, originem suam debere, perspexerunt, quam quidem, utpote rebus nostris alias satis commodam, non improbo, sed solum, in hoc significato acceptam, ex legibus Romanis vix repeti posse, opinor, quæ observantiam aliam, quam interpretivam, vel saltem demonstrativam rei jam antea existentis, forte non habeant. Unde tandem, qui observantiam, usum, consuetudinem, stylum Curia, pro iisdem habere volunt, in decursu ad solum jus Romanum locutiones suas determinare videas. Sane *Rbetius* postquam differentiam, quam aliàs doctores inter ista faciunt, exposuisset, hæc subjicit: *sed in jure Casareo, usus, observantia & consuetudo, non raro promiscue sumuntur, quod facile admitti potest; quando vero pergit, nec Imperii consuetudines, multum inter eadem distinguunt, allegatque in eam rem, Instrumenti Pacis Westphalica, verba illa: sive longo usu, sive sola deniq, observantia dicti anni, videtur non solum sui oblitus esse, siquidem in Commentario doctissimo, quem in jus Feudale antea ediderat, ex eo ipso loco, omnino observantiam tanquam debilius, consuetudini opponi, probare voluerat, quod posterius, ante ipsum D. Tabor quæ fecit; sed apparet insuper confundi vulgarem vocis sensum, cum excellentiori isto, quem hic intendimus, neque enim observantiam in loco adducto, significare das Herkommen / contextus ostendit, cum nihil aliud quam nudam observationem atque praxin unius anni, adeoque factum solum, & quidem certi temporis, non jus, quod perpetuum est, denotet; per oppositum vero longi usus nomen, das*
Her-

loc. cit. §. 24

§. 25.
 art. V. §. XII.
 n. 31.

ad proem.
 p. 30. n. 9

de confront.
 p. 13. n. 16.

Herkommen/ intelligi, rectius dicere possumus, quemadmodum hoc etiam modo, wegen langen Herkommen/ oder aus bloßer Observantz/ noster Interpres reddidit.

VII. Quid ergo dicemus? equidem negari nequit, quod & à Rhetio jam observatum est, *has & similes acceptiones diversum loquendi usum peperisse, sæpius non adeo accuratum; effectu cuncta hæc convenire:* quare etiam in Constitutionibus Imperii Germanici aliquando vulgari modo, atq; ita promiscue hæc vocabula accipi, non repugno, exinde tamen quod plane unum & idem sint, non sequitur, neque paritas certi effectus, eandem rei naturam per omnia & ubique arguit: neque diversus loquendi usus, propriæ vocabulorum significationi præjudicio esse potest, cum aliud sit versari in fortuita dissertatione, aliud in accurata explicatione, qualis in loco proprio quæri, & maxime Jctis, quorum, ut *Quintilianus* ait, *summus circa verborum proprietatem labor est*, commendari debet. Vulgarem itaque vocis observantiam usum, qui varius est, hic non attendimus, sed sublimiorem illum, atque exquisitum, quo nobis das *Herkommen/* denotat, à cujus participatione *stylum curiæ*, manifeste exclusum esse, existimo, quod ille saltim circa *formulas* conceptionum in expeditionibus Curiarum judiciorumque versetur, quale quid de observantia nostra nemo dixerit. Occurrit quidem in *Constitutionibus Imperii* ea appellatio, *der alte wohlhergebrachte stylus*, exinde tamen *stylum Curiaë & observantiam* pro Synonymis haberi nequaquam, sed hoc tantum, sequitur, *stylum curiaë* in nonnullis per observantiam constitutum esse, neque enim hoc jure scripto unice,

L. V. Inst.
Orat. c. ult.

vid. Dithers.
diss. de styl.
Cur. th. 16.
R. I. de A.
1579. th. 75
76. 77.



quin & non scripto, fieri potest soletque. *Ufus* nomen generale est, & *observantiam* sæpius jam memorato sensu acceptam, & *consuetudinem*, sub se complexum, quæ posteriora duo tamen in quibusdam capitibus discrepare mihi videntur, nam consuetudo omnis initium suum capit, atque ita inducitur, à subditorum actibus, quibus tacitus legislatoris consensus demum accedit, ut in vim legis evalescat; hæc vero observantia usu suo ab iis ipsis inchoatur, vel saltem inchoata esse traditur, quibus legem ferendi potestas jure maximo competit, adeoque & facti & juris ratione, his originem debet: deinde consuetudo plerumque versatur circa res privatas earumque decisionem judicialem, at observantia hæc publicis negotiis eorumque expeditionibus, maxime normam præbet; ad quam denique, ut nominis sui mensuram impleat, major temporis lapsus, quam ad consuetudinem, suâ natura, requiri videtur, sicut enim in hac, civili jure certum quidem tempus constitutum non est, decennium tamen abunde sufficere, doctores nostri concedunt, ita ad hoc, ut aliquid observantiæ talis, *des Reichs Herkommens*/ nomine, signari mereatur, utique amplior aliquis temporis decursus, vel solius etiam nominis indicio, subintelligitur. Cæterum apparet hinc observantiam jus esse, quod usus approbavit, eoque pro specimine juris non scripti haberi debere, accurate tamen loquendo consuetudinem non esse, quemadmodum jam pridem *Laccamerus* quoque notat, jus quod usus approbavit, à consuetudine, tanquam genus a specie separavit.

ad §. 9. Inst
de I. N. G.
C. n. 28.

IIIX. Sed clariora hæc fient si rem ipsam ab originibus suis repetamus. Quemadmodum enim pro diversitate

fitate

sitate Rerumpublicarum diversa juris est conditio, dum s. 10. Inst. de I. N. G. & C.
 aliæ per scripturam expressas leges habent, aliæ magis
 ea, quæ pro legibus observant, memoriæ mandant, atque
 sic jure non scripto utuntur: ita posterius hoc institu-
 tum Germanis populis, antiquioribus quidem tempori-
 bus, maxime adamatum erat. Nam *Tacitus* suo ævo Germ. c. 9. n. 16.
 de Germania, *plus ibi bonos mores valere, quam alibi bo-
 nas leges*, velut in opprobrium Romanorum, apud quos
 legum operosissime scriptarum numerus jam in immen-
 sum creverat, commemoravit, ex cujus descriptione eti-
 am *Consuetudines Veterum Germanorum in moribus &
 Institutis Generalibus*, per certos titulos collegit, ac in
 principio *Consuetudinum Imperialium*, exhibuit *Mel-
 chior Goldastus*. Et sane constat, ante seculum quintum p. 5.
 vestigium legum apud Germanos scriptarum, non ex-
 stare, & quæ postea secutæ sunt, maximam partem pristi-
 nas consuetudines repetiisse. Nam primi, qui ultra jus
 istud, quod in ejusmodi moribus usibusque consistebat,
 legum præcepta adornaverant, fuere Franci, à quibus,
 paulo ante, quam ex fæderato corpore in unam Rem-
 publicam sub Imperio Regio coaluerant, lex Salica con-
 dita est, fons omnis Germanici juris insecuti. postquam
 enim reliquos Germaniæ populos Imperio suo subje-
 cerunt, usum quoque Legum suarum, sed cum hoc
 temperamento, insinuarunt, ut consuetudines cuique
 suas & mores una relinquerent. Sicut Theodoricum
 Regem Francorum, *unicuique genti quæ in ejus potestate
 erat, secundum suam consuetudinem, leges con-
 scribere jussisse*, diserte docet *Prologus legum Bajuvario-
 rum*. apparebit id amplius, si quis conferat, quæ super
 legibus istis variis disseruerunt, qui colligendis junctim-



Vid. Gryph.
de VVeich-
bild. c. 37.
L. I. c. 5. 6.

Ord. Cam.
p. 1. t. 57. s. 1
& R. I.
1654. s. 105

que illis edendis operam intenderunt, *Heroldus, Lindembrogius*, aliique viri doctissimi. Eadem ratio fuit iurum mediæ ævi, *speculi* puta *Saxonici*, atque *Suevici*, nam & illa, præter *Constitutiones* aliquas *Cæsarum*, *Consuetudines* ex bono & æquo, ac *Interpretationes* prudentum pridem observatas, comprehendere, tum à Doctoribus est ostensum, tum *Speculi Suevici* autor ipse meminit; ad recentiora usque tempora si decurramus, videbimus similiter, in multis veluti per manus traditum jus, in foris & dicasteriis Principum, non minus singulorum, quam communibus Imperii, superfuisse, hinc toties in *Constitutionibus* etiam novissime latis nominantur *die alte Gebräuch / löbliche Sitten und Herkommen / & secundum illorum tenorem*, in decisione causarum, etiam *supremi Tribunalis Assessores* pronuntiare jubentur.

IX. Constat igitur ex his, tenaces semper fuisse Germanos morum atque usuum à majoribus suis acceptorum, quod sicut in iuribus, definiendis causis privatorum inservientibus, ita in his quoque, quæ ad formulam regiminis publici, ejusque administrationem pertinent, observare licet: Habuerunt Veteres suas regulas, sæpe multa etiam solennitate constantes, quas in expediendis publicis negotiis sequebantur, quarum certa origo plerumque demonstrari non potest, vetustatis tamen imago, & quod perpetuo sui usu ita ad posterum sint propagatæ, auctoritatem istis vel conciliat vel conservat. Quod si, pro conditione rerum humanarum, subinde aliqua in publico statu contigit mutatio, quod in Germania aliquoties factum, ut novâ etiam regula opus fuerit, ad quam publici actus deinceps expedi-

pedirentur in modo tamen expeditionis sapius aliquid ex more antiquo retinebatur, atque hoc ipsum est, quod temporis progressu titulo des Reichs Herkommens capit appellari.

X. Unde in subsidium commodioris disciplinae, forte non inconvenienter describi poterit, *Observantia Imperialis* in universum, quod sit *regula, per traditionem inducta, quam in rebus, jure scripto non determinatis, decidendis expediendisq, vel in modo expeditionis, in Imperio Germanico sequimur.* Malui per *regulam* definire quam per *jus*, cum enim juris nomen ambiguum sit, & varias acceptiones admittat, quas passim Doctores nostri conferunt, rectius clariori voce, *regulae, Grotii disciplinam* secuti, utimur, qua jus illud, quod idem ac *lex est*, intelligi, statim appareat. Quando vero per *traditionem* inductum esse dicimus, exemplis aliarum gentium quibus similia extraditione jure fuere, id illustrari potest. In Republica sane Hebraeorum, praeter leges illas scriptas quales per Mosen Deus ipsi Israëlitico populo promulgavit, bene multae reperiuntur, quas Magistri Judaeorum, tanquam à Mose, *arcana traditione*, acceptas, venditarunt; & quanquam forte non nisi commenti judaici nomine tota ista res venire debeat, id tamen, quod nobis hic sufficit, manifestum est, *leges traditas* eos habuisse, quae temporis processu in grande volumen *Miscbna & Gemara* collectae sunt. Apud Romanos talis fuit *media Jurisprudencia*, ut in §. 3. *Inst. de Leg. agn. success.* dicitur, de qua habemus peculiarem librum *Pandulphi Pratai*, ex recensione *Joachimi Clutenii*, apud nos quoque editum, est enim isthaec media Jurisprudencia nihil aliud, quam jus illud, quod sine scripto, *traditionibus*

Vid. Man-
rit de Prin-
cip. Jur.
publ. c. 1,
s. 1. seqq.
de I. B. et
p. 1, 190

Vid. l. 2. §. 5.
 & §. 39. ff.
 de O. l.
 in l. 10. ff.
 de jur. Co-
 dicill.

§. 5. l. de ex-
 hered. l. 13.
 14. 16. C. de
 usufr.
 Hodoget.
 Jur. p. 386.
 e. 6. n. 7.
 seqq. &
 c. 41. n. 9.

A. B. tit. 28.
 §. 5.

nibus introductum est veterum Jurisconsultorum, qui apud Romanos post latas XII. Tabulas floruerunt, unde etiam *jus per manus traditum*, tanquam proprio titulo, signatur, quod per traditionem à prudentibus ad prudentes traductum, vim juris obtinuerit, idque intelligitur, quoties in legibus Romanis vel *vetustatis*, vel *antiquitatis*, vel *veterum* nomen occurrit, quemadmodum *Venerandus Senior Noster D. Rebbanius* annotavit, explicavitque prolixius *M. Aurelius Galvanus*, Ferrariensis JCtus, nobili de *usufructu* commentario, in quo etiam varios traditi hujus juris articulos subinde consignavit; Eodem vero modo, quæ in Republica Germanica observantiarum nomine alias exprimuntur, ad juris traditi exempla referri commode posse, præter argumenta jam allata, vel hoc etiam me confirmat, quod ipse Carolus IV. Imperator, *per traditiones antiquorum*, addita in super periphrasi, à tempore cujus contrarii jam non habetur memoria, *per prædecessores, jugiter observatorum*, similia instituta amaverit explicari. Cæterum & illud hinc manifestum esse puto, ad signandam propriam, & ut Philosophi loquuntur, specificam observantiæ, à reliquis juribus, differentiam, rectius nos *traditionum*, quam simpliciter *juris non scripti* vocabulum, adhibuisse, siquidem hoc generis instar, in varias iterum species dispesci potest, prout *Galvanus* quoque jus Romanorum non scriptum, in consuetudinem & mediam Jurisprudentiam, seu traditum jus, separavit. Qua ratione autem vel in ipsarum *rerum* expeditione, vel in *modo* expeditionis, isthæc observantia occupetur, in re præsentî demonstrabimus.

II. Obser.



Observantiae species. Objectum, sive materia circa quam versatur.

XI. In consignandis observantiae speciebus, licet nobis esse brevioribus, tum quod, quae à Doctoribus afferuntur divisiones, pleraque, in *inductivam & interpretativam*, ut & in *publicam & privatam*: item *judicialelem & extrajudicialem*, de observantia, in vulgari fere sensu accepta, intelligendae sint; tum etiam, quod non de observantia, dem *Herkommen*/ in universum, sed de observantia Imperiali, dem *Reichs Herkommen*/ agere profiteamur. Nisi quod perfectioris disciplinae ergo, partitionis illius, qua in *universalem & particularem* segregatur, mentionem facere debeamus. Universalis vero dicitur duplici sensu, vel ratione objecti, quod ad res universalem Imperii administrationem concernentes, pertineat: vel respectu obligationis suae, quatenus in omnibus ac singulis Germaniae Provinciis obtinet, utraque acceptio huc referri potest, prior tamen exquisitori significato das *Reichs Herkommen* denotat, ubi altera per nomen eines *allgemeinen Herkommens*/ rectius exprimeretur, cujus generis plura apud Cameralium rerum compilatores, qui Germaniae consuetudines & observantias communes nobis asservasse putantur, forte licebit reperire: particulares appellari solent, quae in una aut altera vel certis tantum Regionibus Imperii obtinent, quanquam negari non possit, consuetudinis ac observantiae rationem in utrisque tam sollicitè non distingui. Circa particulares ejusmodi observantias,

ap. Tab. de
confrontat.
d. l.

C

non



non spernendam quidem industriam impendit, *Iustus Georgius Schottelius*, peculiari commentario, *de singularibus quibusdam & antiquis in Germania juribus & observatis*, ante aliquot annos, edito; quemadmodum ex communibus quoque illis, quasdam nominare voluit *Rennemannus*, plures vero, in *Johannis Meichsneri, de decisionibus Cameralibus: Adriani Gylmanni & VVeibneri, Sympborematum Tomis*; ut & apud *VVesenbecium, Schneidevvinum, Gailium, Mynsingerum, Hartmannum*, aliosque passim appellantur: fateri tamen cogimur, hunc juris patrii locum satis adhuc esse incultum, non tantum, quod, observante etiam *Praschio*, multa communis Germaniæ consuetudinis vel observantiæ titulo venditantur, quæ revera talia non sunt; sed &, quia ne dimidia quidem pars, in foro subinde occurrens, literis est consignata, adeoque hactenus non nisi per experientiam propriam innotescere possunt; ut omnino, cum *Rhetio*, adhuc optandus esset, qui solidam collectionem usuum & consuetudinum non solum Germaniæ universalis, sed etiam regionum illius, institueret, quam sine publicis auspiciis tale quid sperare non licet, certe fieri vix potest.

XII. Quando multa pro communi Germaniæ observantia falso sæpe venditari dictum est, nova exinde subnasci potest observantiæ hujus distinctio, in *veram & putativam*, illam dico, morem, de quo, quod in publicam & indubitaram Imperialem Observantiam abierit, manifeste constat; hanc vero, nudum factum publicum, aliquoties repetitum, qualia facta sæpius in turbis, aut civilibus bellis, contingunt, quæ deinceps inter exempla, ponuntur, unde observantiam aliquam hi,

qui-

de princip.
Jurispr.
d. 9. th. 8.

de leg. ser.
& perf. 5.
19.

quibus utile est, conantur evincere, cui tamen rectius id, quod apud *Besoldum* habetur, *usurpantie* nomen, tribueris; sicut enim in universum à *jure publico*, quæ publice fiunt saltim, sollicite distinguenda esse, monuit *Illustris Mauritius*, cum factis ejusmodi, à jure discernendis, magnam partem Comitum, omnino autem aulicum & Camerae, Imperialia Judicia, instituta sint: ita satis opportune, vim istius moniti, ad observantiae hujus æstimationem transtulit, *Dn. Itterus*, Amicus noster, quando, quod semel iterumque *Cæsare* aliisque quorum interest, conniventibus, attentatum forte fuit, incertam Imperii observantiam evaluisse, non statim dici posse, novissime scripsit.

*de Principi
Jur. Publ.
c. 2. §. XV.*

*de feud.
Imp. c. 2.
n. 8.*

XIII. Duo autem sunt, quæ hinc præterea observanda occurrunt; unum, quod sæpe in argumento præsentis pro putativa observantia vel usurpatione, habeatur, quod re ipsa hoc nominis vel non meretur, vel saltim mereri, nondum ad liquidum deductum est, cujus generis specimina, inter gravamina, ut appellant, Ordinum, qualia contra alios status, aut ipsum etiam Imperatorem, subinde se habere, conqueruntur, multa licet deprehendere, videas enim alteram partem sæpe meram innovationem, vim, abusum, dicere, quod altera pro legitima observantia æstimari cupit: exempla sunt odiosiora, quam ut huc referri debeant, si quis tamen vel ea sola, quæ aliquoties, inter Electores & Principes potissimum, circa jura ista, quæ ex prærogativa quadam ante alios status quoscunque, eoque titulo præcipui, & eximii, sibi competere deberique Electores contendunt, in conventibus maxime Legatorum atque alibi, interdum non sine gravi animorum motu

de I. B. &
P. l. 3, 21.

de Feud.
Imp. c. 19.
n. 8.

Introd. in
I. P. c. 9.

Not. Imp.
L. VI, c. 2.

differtata sunt, considerare velit, luculentissimam sane hujus rei facient fidem. Alterum est, quod initio sui, sæpe nudum factum sit, quod temporis lapsu in vim observantiæ veræ transire possit, quando nimirum ejusmodi facta ita fiunt, ut, quemadmodum *Grotius* loquitur, patientia in jus transeat: quare etiam *D. Mauritius* hic ea facta excipere voluit, quæ apta nata sint, ut inde legitima consuetudo vel observantia exsurgat, quæ & Juri publico sæpe normam det. quanquam negari non possit, quod ubi ad exempla transeamus, an hujus aut illius generis facta fuerint, sæpe satis obscurum sit, atque hinc *dijudicatu interdum difficile imo fere impossibile esse*, maxime publicorum negotiorum experti, an & quando ex actibus ejusmodi sæpe iteratis, observantia efficiatur, non immerito *Itterus* pronuntiavit.

XIV. Cæterum ex superioribus apparuit, in universum observantiæ naturam postulare, ut inde ab altioribus originibus continuo usu ad nos propagata sit, nihil tamen impedire existimo, quo minus gradus aliquos heic quoq; faciamus, quorum ratione observantiam aliam antiquiorem aliam vero recentiore[m] dicere possimus, inquam rem forte exempla ex diversa status publici conditione immutationeque profecta, deinceps non deerunt.

XV. In Consignando Observantiæ Imperialis objecto, latissimus se nobis aperiret campus, si per singula loca velimus decurrere. Generaliter enim, multa juris publici capita, usu, consuetudine & observantia fuisse constituta, annotavit *Samuel Rachelius*, id quod rerum experientia quotidiana sufficienter etiam demonstrat. Sane Electorum Prærogativas, ex traditione antiqua, praxi & observantia Imperii, repetit *Bæclerus*: Reliquo-

quorum quoque Ducum, Principum, aliorumque Ordinum Imperii potestatem ac superioritatem Territorialem, *soli praxi & usui Germaniae* originem suam debere, prae-
ter Rachelium, adducto jam loco, *Rbetius* indicavit, quare in tanta praesentis argumenti amplitudine suffecerit specimina quaedam haec allegasse.

*Inst. I. P.
L. 2. T. I.
§. 14.*

XVI. Possumus autem, melioris disciplinae causa, ita partiri, ut in descriptione nostra jam supra quadante-
 nus indicavimus, si dicamus, versari hanc observantiam vel circa *res ipsas* expediendas, vel circa *expeditionis modum*: & utrinque iterum vel in negotiis *judicialibus*, civilibus, privatis, vel *Comitialibus*, publicis, quae ad Reipublicae statum pertinent. De his quidem, quae per modum *judicii* expediuntur, non est, cur magnopere simus solliciti, cum plerumque observantia haec cum consuetudine soleat confundi. Alias vero observantiam subinde appellari certum est, nam & *feudales quaestiones*, juxta observantiam, *Sacri Romani Imperii*, coram *Dominis feudorum* decernere jussit, *Sigismundus* Imperator, in Epistola, super *Erici Lauenburgici* causa, ad Concilium Basileense anno 1434. scripta: & videas, in universum, in *judicandis & definiendis* controversiis feudalibus, *majorum instituta, mores, consuetudines, observantia*, ut attendantur, saepius urgeri, uti vel ex iis, quae apud *Rusdorsum* habentur, constat. In delictis eorumque poenis assignandis, *Carolus V.* Imperator, eandem regulam, *die alte hergebrachte Gebräuche* / Ordinibus relinquere voluit; similia plane videre licet in his, quae specialiori sensu *civilium* causarum nomen obtinent. Jure Romano, pactis hereditas dari non poterat, at in *Germania*, ut id fieri possit, *observantia ac moribus* intro-

*Vind. Caus.
Palat. c. 22.
n. 11. seqq.
Ord. Crim.
pref.*

*l. 30. C. de
pact.*



part. 1. de-
sis. 36. n. 33.

ad Pandect.
Exerc. II. X.
§. 4. seqq.
per l. 14. C.
de contrab.
Emit.
II. O. 19. n.
1. 14.
vid. V. Feud.
13.

ductum est, quemadmodum præter *Zasium*, *Mynsingerum* aliosque, responderunt, *JCti Jenenses* apud *Richterum*, illis verbis: Ob gleich sonst eine Ehestiftung darinnen von ein- und des andern Ehegatten Erbschafft Berordnung geschicht/ nach gemeinen Kayserlichen Rechten Unkräftig oder Ungültig: So mag doch dergleichen Ehepact / vermöge allgemeiner in Teutschland hergebrachter Gewonheit/ nicht umgestoßen werden. *cujus juris rationes præclare indagavit, & explicavit doctissimus JCtus, Jo. Schilterus*, ita jus retractus, si non ut improbatum plane, saltem ut singulare & exorbitans, considerant, qui jus Romanum unice inspiciunt, quod tamen pro jure communi, in Germania, *ma-ribus & ex consuetudine Germaniæ generali*, ut *Gailius* loquitur, obtinet, quanquam deinceps expressa etiam legislatione confirmatum sit, & hujus indolis plura omnino jura, præsertim apud *Cameralium rerum Compilatores*, reperiuntur, quæ originem suam observantiæ Germanicæ soli debent. idem quoque dixeris de *formula* atque *modo* expediendarum litium, tum in judiciis supremis, tum inferioribus statuum, in plerisque partibus, recepto, quem sub *styli curialis* nomine, processus judicarii descriptores, passim exhibent.

XVII. Sed præsentiori efficacia in negotiis, quæ publicum statum, eoque pertinentia capita, concernunt, observantia isthæc sese exserit. commemorabimus quædam exempla, in Imperatore, in Electoribus, in Statibus Imperii reliquis. Et quidem in *Imperatore*, eligendo, initio statim satis illustre habemus specimen, dum, *ne alius, quam qui natione Germanus sit, eligatur*, juris publici esse, constat, ejus vero origo non aliunde, quam

quam ex traditione antiqua & inveterata Germaniæ con-
 suetudine repeti potest, quemadmodum à Viris sum-
 mis, & in rebus hujus generis versatissimis, *Bæcklero* at-
 que *Obrecht*o, indicatum est. nisi quod negotium no-
 bis facessant, qui *expressam legem* heic loquuntur, pro-
 pterea, quod in Electione Caroli V. Albertus Mogunti-
 nus, juris Germanici scientissimus princeps, manifeste
 eodem provocaverit, testibus *Jo. Sleidano*, & *Georgio*
Sabino, ita enim ille in *commentariis* suis, contra Ele-
 ctionem exteri differentem Electorem, inducit: **Le-**
gibus nostris & jurejurando nos arbitror impediri,
quibus cautum est, ne decus hoc imperii transferatur
ad exteros. hic vero, in *historia Electionis & Coronatio-*
nis Caroli V. his verbis: *arbitror nos impediri nostris legi-*
bus, & jurejurando. est enim diserte constitutum
 (quæ periphraſis est juris positivi, uti Doctores ad *l. 20. ff.*
de Legib. docent) *ne extero, sed Germanico Principi im-*
perium commendemus, atque in sequentibus *Constitutio-*
nis hujus publicæ iterum his mentionem injicit, quam et-
 iam *Richardus Trevirensis*, & *Fridericus Saxo*, Electores,
 eadem consultatione nominarunt; sane *Arumæus*, *Li-*
mnæus, aliiq; viri docti, hic moti sunt, ut, quænam esset
 lex ista, curatius investigandum sibi ducerent; *Daniel*
Otto, in ipsa *Bulla Aurea*, capite secundo, contineri, existi-
 mavit, à *Limneo*, in *animadversionibus*, aliisq; propterea
 certatim refutatus; *Limneus* Sanctionem *Ottonis I.* ap-
 pellat, nisi Sphalma typographicum agnoscere, ac *Otto-*
nem III. intelligere, malimus, à quo ejusmodi constitu-
 tionem latam esse, autoritate *Hulderici Mutii*, isthoc asse-
 rens,

ad Not. Imp.
 L. IV. c. 1.
 Dissert. de
 Elect. Imp.
 R. G. th. 7.

Libr. I.

ap. Goldast
 Polit. Imp.
 part. 1. p.
 128.

Vol. 1. disc.
 6. I. P. L. 11
 c. 2. n. 28.
 de I. P. c. 8.
 p. 154.

d. c. 2. n. 83

Diss. Jur. publ. IV. §. 4. V. I. D. 2. tb. 9. l. c. concl. 31. lit. d. Chron. L. 14. rentis, plures tradiderunt, quos *Strauchius, Schüzius, alii*que apud *Buxtorfium* laudati, sequuntur.

XIIX. Sed nobis ista tanti non videntur, ut, à priori sententia, recedendum esse, arbitremur nam à *Mutio* ut incipiamus, verba ejus hæc sunt: *bujus Ottonis* (tertium antea dixerat) *tempore, Electores, Principes sunt instituti, Otto enim III. non habens heredem filium, decrevit in frequentibus Comitibus Principum, ut in posterum perpetuo Francofurti eligatur Imperator. Constitutis, tribus Electoribus Archiepiscopis, Moguntinensi, Coloniensi, Trevirensi; his addidit quatuor alios Principes seculares, quos vocant, nempe Regem Bobemia, qui & Archipincerna Imperii debeat esse, Marchionem Braudeburgensem, quem voluit esse Camerarium: Ducem Saxonie, qui esset Mariscalcus; & Palatinum Comitem Rheni, qui dapifer esset. Hos Electores septem constituit, penes quos esse omne jus & potestas eligendi Casarem. Huic Ottonis constitutioni Gregorius Pontifex addidit aliam, volens Patrie dignitati consulere, sancivit enim ut soli Germani eligant, & non alium eligant, quam Germanis parentibus natum. ex sola isthac verborum relatione, rem omnem diligentius inspicienti, haud difficulter puto apparebit, quam minus idoneo fundamento nitantur, qui *Mutio* hic auscultant. Eadem enim veritate, qua dicitur, Ottonem III. Imperium electitium reddidisse: Electionem Imperatoris Francofurti instituere publico decreto jussisse: Electorale Collegium instituisse: eadem, nec alia, hoc est, plane nulla, fide, quod subjungitur, temporibus Ottonis III. legem, de non alio, quam Germano eligendo, latam esse, haberi debet. Videtur nimirum *Mutio* hic contigisse, quod in *prefatione* Libri sui metuerat, *se fidem historiae sanctè obser-**

observasse, nisi à quopiam scriptore falsus sit, nam omnino quæ hæctenus tradiderat, vulgarium Chronicariorum commenta sunt. Ne dicamus, constitutionem talem, eundem nequaquam Ottoni III. sed Gregorio V. Pontifici adscripsisse, cui tamen, illis saltim temporibus, tanta rerum facultas in Germania non competiisset.

XIX. Equidem hoc indubitata historiarum fide constat, per Ottonem I. Italiam, Imperiumque Romanum, æterno nexu Germaniæ ita esse conjunctum, ut alius Imperator non sit, quam qui à Germaniæ Principibus Rex Germaniæ constitutus est, quemadmodum prolixius demonstravit *Conringius*, atque ipse etiam Pontifices subinde facti sunt. ita enim Leo IX. in Constitutione, quam Gratianus nobis asservavit, ad exemplum B. Hadriani Apostolica sedis Antistitis, qui Domino Carolo, Victoriosissimo Regi Francorum & Longobardorum, Patriciatus dignitatem, ac ordinationem apostolica sedis, & investituram Episcoporum concessit, se quoque, cum toto clero ac Romano populo constituisse, dicit, & confirmasse, & corroborasse, & per suam Apostolicam auctoritatem concessisse, atque largitum esse, Domino Ottoni primo, Regi Teutonicorum, ejusque successoribus hujus Regni Italia, in perpetuum facultatem eligendi successorem. & Innocentius III. qui duodecimo seculo sedit, illis Principibus, inquit, jus & potestatem, eligendi Regem, in Imperatorem postmodum promovendum, recognoscimus (ut debemus) ad quos de jure ac antiqua consuetudine noscitur pertinere, quanquam is initium hujus juris non demum ab Ottone, sed Carolo M. in sequentibus repetat, postmodum tamen ex errore quodam ea invaluit opinio, ac si demum Ottoni III. Casare, à Gregorio

de Imper.
Germ. R.
c. 10,

can. 23.
dist. 63.

c. 34. X. de
Elect. &
elect. pot.



d. l. gorio V. Papa, eligendi Imperatoris Jus perpetuum Germaniaesset concessum, quam itidem *Conringius* confutavit. hinc forte illa manavit, & temporum & rerum confusio, quæ *Mutio* etiam imposuit, ut quæ tempore *Ottonis I.* contigerunt, ad *Ottonem III.* referret, & quæ de solo jure eligentium constituta fuerunt, quod non nisi Germani Principes eligere possint, eo porrigeret, ac si ipse etiam Rex vel Imperator eligendus, Germanus esse deberet, quæ duo tamen maxime distincta sunt. Urget nos quidem *B. Strauchius*, cur *Mutio huic*, minor sit fides, quam *Historico cuivis alii*, atque de *Bæclero* etiam, nimiam credendi facilitatem sibi heic imputanti, alibi queritur: sed, liceat nobis, pace beatorum manuum, respondere, quod hoc autoritati *Mutii* in his rebus, quæ suo tempore acciderunt, nihil detrahit, si dicamus, non posse ipsum pro teste allegari, in rebus, quæ quingentis & ultra annis, ante ipsum, memorantur peracta, quomodo enim scriptor, qui superiori demum seculo vixit, de his, quæ seculi decimi fine instituta putantur, fidem facere poterit, ubi monumentis propriis, rei que gestæ æqualibus, destituimur? non allegabo, nusquam hujus constitutionis *Ottonianæ* verba reperiri, quod supra adducti Doctores sponte fatentur, neque enim hoc, factam non esse, demonstrat, cum possit, aliarum exemplo, esse amissa: illud tamen, quod à silentio *historiæ coævæ* desumitur, argumentum, quod neque *Dithmarus*, qui sub *Ottone III.* vixit, gesta que ejus accurate percensuit, nec quisquam alius, ad ea tempora propius accedens, scriptor, hujus constitutionis verbulo meminerit, vel solum efficax est, ut *Mutianam* relationem falsitatis coarguat, vel etiam convincat.

Inst. I. P. L.
I. T. 3. §. 15.

XX. Quod

XX. Quod *Sleidani* atque *Sabini* testimonia attinet, nondum est ostensum, Moguntinum Electorem verbis iis, ut vocant, formalibus usum, solere enim Historicorum rerum gestarum seriem, atque etiam talium orationum argumenta, eorumque sensum, suis subinde verbis reddere, tralatitium est: sed etiamsi daretur, diserte *legis* vel *constitutionis* nomen usurpasse, ad effectum potius & vim locutionis, quam voculæ conditionem attendere debemus, nam & observantia *lex* est, non scripta, vel ut *Bæclerus* appellat, *tradita*, usu constituta, legisque expressâ sanctione perlata, vigorem habet, quemadmodum *Carpzovius* etiam hoc modo Electoris verba salvare sustinuit; confirmatur hoc etiam exinde, quod *Sleidanus*, ubi mentionem hujus Legis *alibi* facit, *legem inveteratam*, appellet, quasi longo usu inductam dicere vellet; & *Moguntinus*, cum lege conjungat *jusjurandum* quod posterius quidem in Aurea Bulla habetur, sed solum hoc continet, ut *idoneum* eligant, quod vero non nisi Germanus natione, sit idoneus, *observantia*, quæ ad interpretationem Aureæ Bullæ aliunde accessit, induxit. quid ergo causabimur? ubi & verba Moguntini planum sensum habent, & erroris à Mutio commissi, occasio declaratur, & historia coæva de lege aliqua omnino silet. Certe Doctores, qui pro lege Ottoniana alias pugnant, tandem ipsi *ad inveteratam consuetudinem & observantiam* recurrere coguntur, quod præter *Limnaum*, novissime etiam *Cl. Dn. Schvvederus*, Amicus noster fecit: Quid si pro observantia nostra & hoc addamus, eo ipso electionis tempore, Helvetios, in literis ad Electorem Moguntinum, propterea, ne exterum aliquem in Imperatorem eligant, scriptis, expresse hic ad observantiam provocasse, cum

L. 32. ff. de Legib.

discuss. Got. Septemb. dogm. 3. n. 12. seqq. Comment. L. 8. ad Anno 1531.

Iur. Publ. part. spec. s. 1. c. 2. §. 4.

ap. Goldast. Reichs. Handlung p. 101.

cum id alias futurum esset, wider den vielhundert Jahr hergebrachten Gebrauch/ ut verba eorum sonant, & in sequentibus, altera vice, nomine des alten Herkommens exprimunt, jus istud, quod germanus esse debeat, qui in Imperatorem eligendus sit.

XI. Ann.
16, 5.

XXI. Possumus sane observantia hujus rationes, ex indole Gentis, adeoque origines quoq; inde ab antiquissimis temporibus, repetere, quibus utique constat, alienigenarum Regum dominatum nunquam ferre potuisse Germanos. Jam apud Tacitum legimus, Cheruscas, cum amissis per interna bella nobilibus, Regem Romam accepissent, Italum, Germanicæ alias stirpis Principem, solum quod is Romæ natus esset, apud conterminos populos, maximas querelas excitasse, *adimi veterem Germania libertatem, & Romanas opes insurgere,* hisque retundendis, copias denique adversus ipsum eduxisse: eundem animorum habitum, reliquo etiam temporum decursu, perpetuo fere tenore, retinuerunt, conservaruntque, de quo in suo ad Maximilianum II. consi-

ap. Goldast
Pol. Reichs
Handlung
part. 24.
tit. 3. §. 9.
& 15.

lio, confidenter differit Lazarus Schvündius, daß das Teutschland/ so lang man davon Gedächtniß hat/ und bis in die 2000. Jahr her/ schier von allen andern Nationen und Völkern diesen sondern Vortheil/ Gabe und Gnade von Gott gehabt/ daß es schier ie und allwege vor fremdem Gewalt sich geschüzet und erhalten habe. & in sequentibus; daß die Teutschen von Natur und ersten Herkommen her/ der Freyheit ergeben/ und keine fremde Nation sich niemals haben regiren und beherrschen lassen/ sed diutius forte hic locus nos moratur.

XXII. Ex eodem observantia fonte derivandum est & illud, *ut non nisi ex familia Illustratus in Imperatorem eligi possit:* apparet hoc satis exinde, quod Principes

cipes Protestantes, cum superiori seculo in Ferdinandi, Regis Romanorum creationem, non nisi certis conditionibus, consentire vellent, literis suis ad Carolum Cæsarem datis, petierint, ut Cæsar *de voluntate consilioque Principum Electorum, legem Carolinam interpretetur, & edicto sanciat in perpetuum*, inter cætera capita & hoc: *nullus creetur Romanorum Rex, qui non sit ex aliqua Germania Principum familia progenitus*: ad quid enim opus fuisset edicto tali, si jam antea lex scripta extitisset? hoc ergo volebant Principes, ut, quod observantia antea valuerat, lege publica confirmaretur, prout in alijs pluribus per Auream Bullam factum sit; sed non fecisse legem Cæsarem, novimus, quare etiam Doctores, quando nunc ordinem hunc eligendi referunt, in *consuetudine, in Imperio satis profunde radicata; in usu inveterato & consuetudine nunquam hæctenus aliquot per secula, interrupta, acquiescunt*. & sane videtur satis antiquus esse hic mos, cum jam de vetustissimis illis Germanis, quod *Reges suos ex nobilitate sumant*, commemoret Tacitus. Ut non immerito Conringius dixerit, *in omnibus Germanicis populis, nunquam ex promiscuo hominum ordine, sed ex sola nobilitate, Reges creatos esse* in gradu vero Nobilitatis, infra Comitum dignationem nunquam esse descensum, manifesta rerum experientia docet.

XXIII. Referre in hanc classem possumus & ista, *quod electio Imperatoris Francofurti: coronatio Aquigrani: prima curia Noriberge, institui debeant*: ut ut enim lege scripta Aurea Bullæ, hac deinceps confirmaverit Carolus IV. jam antea tamen ex *diuturna observantia* ea obtinuisse, ipsa confirmationis verba demonstrant, quando, *ex clarissimis relationibus*

ap. Sleidani
L. 8. p. 206.

Sid. Limb.
I. P. II, 2. 80.
& Tom. I.
Addit. p.
206.

Germ. VII.
I.
ad Lampada
III, 4. 1.

de. 3. 11. 9. 3.

de. 3. 11. 9. 3.

de. 3. 11. 9. 3.

de. 3. 11. 9. 3.

de. 3. 11. 9. 3.

de. 3. 11. 9. 3.

de. 3. 11. 9. 3.

traditionibus antiquorum, illud à tempore, cujus con-
 trarii jam non habetur memoria, per eos, qui praeceffe-
 runt feliciter, esse jugiter observatum, ait, ut Regis Ro-
 manorum futuri Imperatoris, in civitate Francoford ce-
 lebraretur electio, & prima coronatio Aquisgrani, & in
 oppido Nurenberg prima sua regalis Curia haberetur:
 atque sic legem confirmatoriam subjungit; quapropter,
 certis ex causis, etiam futuris praemissa servari debere
 temporibus, declaramus, nisi praemissis omnibus, seu eo-
 rum alicui, impedimentum legitimum obviaret. Et de
 Electione quidem haec satis clara sunt, quibus simul do-
 cemur, falsam esse traditionem Mutii, quasi jam Otto III.
 lege Comitiali, Francofurtum in perpetuum electionis
 locum, constituerit, cum Carolo IV. demum id attribui
 debeat. Deinde & illis haec satisfieri potest, qui obser-
 vantiam hanc, propter exempla quaedam Imperatorum,
 ante Carolum IV. Francofurti non electorum, in dubium
 vocare, sustinuerunt, utur n. aliqua eorum, apud *Limne-*
um etiam consignata, reperiantur, illa tamen peculiaribus
 causis atque impedimentis innixa, regulam ipsam, de qua
 hic loquimur, non infringunt, cujus efficacia vel inde eti-
 am apparet, quod extra justas rationes, ubi tale quid fa-
 ctum erat, sine contradictione aliorum non fuerit trans-
 missum, notante eodem *Limneo*. Ceterum Aureae Bul-
 lae sanctionem hac in parte, etiam in secutis temporibus
 ita servatam esse, specimina ab *Arumaeo* adducta luculen-
 ter demonstrant, ut relatio *Hartmanni Mauri*, Carolum
 IV. quae de electionis loco in A. B. constituerat, contra-
 ria lege, Anno 1363. iterum sustulisse, in *Historia electio-*
nis Caroline tradentis, vel fidem non mereatur, uti praec-
 ter *Arumaeum*, *Limneum* & *Rumelinum* volunt: vel con-
 trari-

vid. *Limn.*
b. l. Obs. 12.

ad A. B. d. l.
Obs. 1.

L. P. II. 3. 30.

ad A. B.
disc. 1. tb.
 35.

ap. *Goldast.*
Pol. Imp.
part. III.
 p. 266.

ad A. B. b.
cap. Obs. 14
p. X. d. 2. tb.
 16.

trariam illam legem receptam non esse, dici debeat, vel eo tantum valuisse, ut exceptionem legitimi impedimenti, in ipsa quoque A. B. comprehensam, sive declararet, sive confirmaret, quæ *Obrechtiana Dissertationis* antea laudatæ, sententia est. Atque eadem fere ad *Coronationis* locum, super quo alii interdum difficultatem movent, applicari possunt: id enim in *antiquissima consuetudine* fundari, testimonio *Guntberi*, probat *Mylerus*. prima vero Curia, Noribergæ instituendæ, rationem præterea ipsi *Recessus*, dem *alten Herkommen* adscribunt, in quibus etiam, quomodo salvo hoc jure, subinde alibi eadem habita sit, expressum legimus.

de Elect. Imp. R. G. tb. 12.

ad Rumel. p. 3. d. 6. tb. 5. l. 6. R. I. 1566. §. 181. & 1613. §. 16.

XXIV. Inter jura Imperatori competentia, vel *jus primariarum precum*, cujus vi in quolibet collegio Clericorum, unam personam, ad beneficium Ecclesiasticum, necessario recipiendam, præsentare potest, speciminis loco, huc allegare licebit; Preces dicuntur, non, quasi per modum precum, ut *Monzambanus* sentire videtur, Imperator jus hoc exerceat: aut precario, ex mero indultu & privilegio Pontificis Romani, id ipsum habeat, quod quidem Innocentius X. Bulla suâ, contra Pacem Westphalicam edita, prætendit, & post *Speculatorem*, jam pridem Romanæ aulae asseclæ, fere omnes asserunt, alii securius etiam quandoque describunt: Veriorem enim appellationis rationem, à petentis precibus desumptam, jam *Abbas Urspergensis* indicavit; *Fuerat* consuetudo *Principum*, ut *bilariter* & *promte Beneficia*, seu *Ecclesias primis petentibus conferrent*. Sane Imperatores ipsos originem hujus juris sui ex *antiqua* & *approbata consuetudine*, à *divis Imperatoribus* & *Regibus hætenus observata* & *ad se producta*, repetere, ex variis rescri-

de stat. Imp. Germ. c. 5. §. 27.

Chron. suo in Otton. IV.



rescriptis de *primariis precibus*, à Rudolpho I. Anno
 1273. Carolo IV. Anno 1353. Wenceslao Anno 1376. fa-
 ctis, videmus; & à *Conringio*, *Paurmeistero* aliisque,
 quorum nomina apud *Fritschium* habentur, amplius
 demonstratum est.

XXV. Ad *Electores* ubi transferimus, jura eorum
 præcipua pleraque in observantia Imperiali fundari, jam
 supra in genere indicavimus; speciatim in uno vel al-
 tero nunc docendum est. Sane de potissimo illo, *jure*
eligendi Imperatorem, quando & quomodo illud conse-
 cuti sint, mira est inter viros doctos sententiarum dis-
 crepantia, quemadmodum ex contrariis scriptis *Onu-*
pbrii Panvini, *Simonis Schardii* & *Christophori Gevrol-*
di, propterea editis, satis superque constat. Nobis, sal-
 vo aliorum judicio, originem hujus juris omnino *obser-*
vantia Imperiali, adscribendam esse, videtur, siquidem

Carolus IV. Imperator hic ipse ad *antiquam* & *laudabi-*
lem consuetudinem provocat: atque ea in re, præter *Li-*
mnæum consentientem habemus *Dn. Thulemarium V.*
CL. Amicum nostrum. Sed ratio hujus observantia
 commode explicanda est, neque enim initium illius in
 seculum demum Decimum tertium constitui debet,
 quod plurimi faciunt, qui ex consuetudine, hoc eligen-
 di jus aliàs repetunt, contra quos bene se habet, à *Lam-*
padio instituta disputatio. utut enim certum sit, indu-
 bitata historiarum fide facile demonstrari possit, ob-
 servantiam hanc isto demum tempore plenum suum
 vigorem obtinuisse, vel in vim juris certi evaluisse, ita,
 ut deinceps soli *Electores*, exclusis *Principibus* reliquis,
Imperatores elegerint, à remotiori tamen ævo, exor-
 dium illius deducendum est, unde recte *Limnæus*, *jus hoc*

sp. Goldast.
 Const. Tom.
 3. p. 406.
 & Tom. 1.
 p. 343. &
 375.
 Anim. in
 Bull. Inn. X.

c. 9.
 de Jurisditt.
 Imp. Rom.
 L. 1. c. 4.
 n. 44. seqq.
 de Primar.
 precib. c. 2.

A. B. C. I. S. I.
 ad A. B. d.
 c. Obs. 6.
 n. 6. seqq.
 de Octobi-
 vat. c. 7.
 S. 33.

de Rep. R. G.
 p. 111, c. 4.
 S. 2.

non

non uno actu, ad septem Electores transisse dixit, sed pedetentim per usum, & sic Ordinibus fere non observantibus, prout fieri amat in rebus hujus generis. neque valde obscurum esse puto, quibus gradibus eo contenderint. pridem enim antea, quam ad ipsos electio Imperatoris restricta est, habebant officia ista Aulica, qualia in Inaugurationibus regiis, solenni more, jam obierunt soli, etiam eo tempore, quo Principes cæteri ad electionis actum concurrebant: cumque hi progressu temporis, vel publicarum turbarum tædio, vel quod communem Imperii curam tam anxie non attenderent, paulatim emanebant, factum subinde est, ut in præsentibus, vota sua absentes illi transtulerint; ipsi vero, qui nunc Electores sunt, tam facile emanere non poterant, propter munia solennia, quibus inaugurationem Regiam peragere debebant, unde in hos sæpius absentium vota collata esse, sponte consequitur, certe in electione Conradi IV. & Alphonsi, id adhuc contigisse, testatur, de illa quidem *Fragmentum historicum*, Alberto Argentinensi præfigi solitum: de his vero *Chronicon Augustense*, quare de temporibus quoque anterioribus eo minus dubitandum est, quo clarius ex historia constat, jam Friderici II. tempore, velut in morem publicum abiisse, ut *exercitium alieni juris* soli septem isti Officiales, circa electionem quoque haberent: hoc enim est, quod *Albertus, Abbas Stadenfis*, scriptor æqualis, *Chronico suo* dixit: ad A. 1240.

ex prætaxatione principum, & consensu, eligunt Imperatorem, Trevirensis, Moguntinus & Coloniensis. quorum verborum alius esse sensus non potest, quam quod juris eligendi, reliquis principibus adhuc communis, exercitium, soli isti officiales, & quidem, consensu

E illo-

illorum, obtinuerint: jure enim proprio, quo minus, tum quidem, habuisse dici possint, proxime antecedentia verba faciunt, quibus Pontifici, super electione novi Regis eosdem sollicitanti, responderunt, *non esse sui juris Imperatorem substituere, sed tantum electum à Principibus coronare. electio enim ad istos diuoscitur pertinere.* potuit itaque tractu temporis fieri, & factum esse constat, ut in perpetuum & proprium jus demum abierit, quod antea alienum fuerat, & non nisi ex prætaxatione, consensu & collatione Principum, Electoribus competeat. Cui rei occasionem procul dubio dedit, quod non solum rudioribus istis seculis, inaugurationis ritus *electionis* nomine dici consueverit, uti ex *Gothofredo, Monacho Coloniensi; & Henrico Sterone Altabensi* ostendit *Dissertatio Obrechtiana*, sed & major externæ huic, quæ in oculos incurrebat, solennitati, quam ipsi proprie ita dictæ electioni, efficacia tributa sit, saltem plurimos ab ipso inaugurationis ritu, electionem æstimasse, vel *Alberti Stadenensis* cætera verba docent, *Palatinus eligit quia dapifer est: Dux Saxonie, quia Marscallus, & Margravius de Brandenburg, quia Camerarius,* quasi causali nexu ista à se invicem dependerent. atque hæc ita processerunt, donec plenam denique, hanc observantiam nostram absolverunt, cui, ne in posterum difficultatis quicquam moveri possit, confirmatione legis, in Aurea Bulla scriptæ, provisum est.

XXVI. Similis plane ratio haberi debet illius juris, quo *officia publica Regni, Cancellariatus, Pincernatus, Dapiferatus, Marscallatus & Camerariatus, sustinent,* nec alius fons, quam hæc observantia, indicari potest, quod enim aliqui *Friderici I. constitutionem hinc nominant,*

de Elect.
Imp. R. G.
§. 10.

nant, vix alio pertinere debet, quam ut evincant, Fride-
ricum hæc officia, certis familiis hereditaria fecisse, quod
Conringius aliique prolixius demonstrant. Origo tamen
antiquior est, nam & in Ottonis I. inauguratione, jam
solennitas Curialis aulae qualis fuerit, accurate apud
Witticbindum describitur, quanquam ex loco illo & hoc
collegeris, arbitrariam tum quidem fuisse officiorum
horum distributionem, vel pro arbitrio Regis, vel pro
ut locus & res patiebantur, subinde administratam. Sed
ut in aliis, ita & hîc, observantiam lex *Aurea Bulla* firma-
vit, explicavitque in singulis sui partibus.

de officio
Imp. ab. 153

L. 29.

c. 27.

XXVII. In cæteris *Principibus* ac statibus, multa
quoque sunt, quorum origo, vel etiam expediendi regu-
la, huc referenda est. Non dicemus, de *Superioritate*
Territoriali in universum, ejusque *juribus* singulis, qui-
bus acquirendis legitimam quoque titulum *Observan-*
tia Imperialis præstare potest; jus Teloniorum, *usu diu-*
turno introduci, meminit *Instrumentum Pacis Casareo*
Suecicum. De jure collectarum, idem tradit *Klockius*,
ac de cætero subjungit, pro regula observandum, *usum*
& consuetudinem, das *Herkommen* / *circa jurisdictiona-*
lia inprimis spectandam esse; & Capitulatio quoque Leo-
poldina appellat, wegen *Land-Fürstlicher hoher Obrigs-*
keit hergebrachte jura, passim vero Doctores qua ra-
tione id contingat, speciatim declarant. de jure Refor-
mandi, cui, & quomodo, competat, superiori tempore
multa disputata fuere, uti ex *Actis pacis religiosæ*, à *Chri-*
stophoro Lehmanno collectis, apparet; *Instrumentum*
Pacis, adhærere Territorio, satis clare determinat, idq;
ex observantia Imperiali, vel ut verba habent, *ex com-*
muni per totum Imperium hætenus usitata praxi. De

Vd. Ming.
de Super.
Territ. c. 23
§. 26.

art IX. §. 20
de contri-
but. c. 29.
n. 87.

art. 3.

art. V. §. XII.
n. 30.

E 3

Prin-



Principibus & Comitibus Imperii aliquando dubitatum est, an Confessionis & suffragii comitialis usum admittendi sint, priusquam Investituram à Cæsare obtinuerint, & quanquam in Comitibus anno hujus seculi octavo habitis, Johanni Friderico, Duci Wurtembergico, propterea lis fuerat excitata, affirmantem tamen sententiam,

1 P. III. 7. 3.
4. & IX, 1.
52.

ad A. B. c. 1.
§. 18. obs.
10.

R. I. 1542.
§. 16. &
127.

observantiam Imperii comprobasse, præter *Buxtorfium*, *Schuzium*, *Bertramum*, ostendit *Limneus*, qui idem, de Ecclesiasticis Ordinibus, circa quos, in casu nondum factæ, à Pontifice consecrationis, vicissim quæsitum fuerat, pari modo *usum & praxin* Imperii definiisse, *alibi* testatur. In causis contributionum ad bellum quoque Turcicum, status quidam exempti leguntur, **aus altem Hertommen** / quibus etiam, si sponte aliquid conferunt, ne præjudicio sit, Recessuum formulis prospici solet. Ne de infinitis hujus generis rebus aliis dicamus.

XXIIX. Sed hæc quidem ad res ipsas in Imperio expediendas pertinent. Addendum est aliquid, ex lege partitionis supra institutæ, *de expeditionis modo*, nam hic quoque *Observantiam* nostram quam maxime occupatam esse, vel historia conceptionis articuli octavi Instrumenti Pacis Cæsareo Suecici, docere potest, in qua, cum communicatio summi Imperii, Ordinibus tributa, clarius debebat exprimi, & legati Cæsarei, hac adjecta restrictionis formula, *salvis tamen ius, quæ ad Imperatorem & Collegium Electorale solum pertinent, & salvis eorundem juribus & præeminentiis, omniaque intelligendo juxta morem ab antiquo in Imperio receptum*, tandem consentire vellent: *Suecis*, specialiore designationem hujus *moris antiqui*, utque *nomi-*

in Respon-
sionib. d. 6
Octobr.
1645.

in Replie.
d. 7. Jan.
1646.

nominatim exponeretur, an à Tiberii tempore, aut quali demum, repeterent, urgentibus, his verbis responderunt: die in responsione Casarea gesetzte Wort / juxta in duplic. d. 1. Maj. ejusd. ann.
morem ab antiquo receptum, verstehen sich auff den modernum Imperii statum, & ejusdem fundamentales leges, consuetudines & observantias, und nicht wie tempore antiquorum & primorum Romanorum Imperatorum gewesen / haben aber darum hinzu gesetzt werden müssen / weiln gnugsam bekandt / daß im Reich etliche Sachen seyn / so Ihrer Käyserl. Majestät / Chur-Fürsten / und Ständen / zugleich zu expediren gebühren / aber in solchen expeditionen in modo agendi, viele Sachen / ab antiquo und durch Herkommen observiret werden / so nullo jure scripto begriffen / quemadmodum actis fuit inseruis Londorpius.

Cont. part. V.L.2.c.119. & 120.

XXIX. Origo hujus rei inde, nisi fallor, manavit, quod Imperatores, qui superioribus seculis imperio regio puro gaudebant, ubi Ordines, quorum potestas jam nimium adoleverat, in consortium summæ potestatis, sponte & per publicas leges denique admiserunt, ne quod reliquum fuerat autoritatis apud istos penitus concideret, vel hoc saltim modo rebus suis consulerent sustinuerunt, ut, postquam rem ipsam, & vim Imperii Regii, in singulis administrationis publicæ partibus, retinere amplius non poterant, simulacra tamen quædam pristini status, & ita in modo regiminis, formulas certas, retinuerint, quæ & pristinam majestatem non nihil redolerent, & Cæsarem à Statibus, tanquam Caput à membris, prærogativa quadam, in posterum quoque, distinguerent. Hinc est, quod sæpe, etiam post

E 3

muta-

mutationem status publici, ex veteri illo, formulâ, aus
Kaiserlicher Macht und Vollkommenheit / legantur usu,
 & in modo expeditionum publicarum, non minus in
 Conventibus Imperii, quam apud Exteros, singulari qua-
 dam eminentia concurrant; Ea, cum ab initio, exquisi-
 to studio & consilio subtiliori procul dubio capta sint,
 non uno actu & semel, sed paulatim in regulam ali-
 quam, & Observantiam Imperialem, evaluerunt, quam
 hodie necessitate Juris sequamur. Neque aliunde re-
 petendum puto, quod Electores in Negotiis quibusdam,
 specialiori, quam cæteri Principes, ratione, adhibean-
 tur, quam quod Imperatores, queis facilius fuerat pau-
 cos sibi conciliare, iisdem plura subinde indulserint,
 donec Aurea Bulla conderetur: quanquam nunc, ubi
 leges publicæ hæc vel definierunt clarius, vel certius
 confirmarunt, prærogativarum ista exordia inspicere
 nihil amplius attinet.

*Comment.
 de Legat.
 Stat. Imp.
 c. V. §. II.
 seqq.*

art. II. §. 2

XXX. Cæterum, si uno vel altero exemplo, quæ
 hic diximus, illustranda sunt, jam *alibi* prolixum hujus
 observationis specimen adornavimus, in *Legationibus
 nomine Imperii mittendis*, quale jus mittendi quoad *rem
 ipsam*, inter Imperatorem & Status commune est, ubi
quoad modum missionis, etiam illis casibus, qui totius
 Imperii nomine auspicioque geruntur, ex veteri statu,
 Imperatori prærogativa competit. Idem fere deprehen-
 dere licet in *jure legislativo*, quod in Imperio inter Cæ-
 sarem & Status, vi *instrumenti pacis VVestphalica*, diser-
 te communicatum est, sed in modo legum comitialiter
 ferendarum, tum alias, quoad modum proponendi &
 confirmandi, tum præsertim ratione promulgationis,
 illud Cæsar jus præcipuum habet, ut *suo nomine promul-
 get*.

get, idque ex usu & observantia, quemadmodum Lebmannus notavit. Et quia Instrumentum Pacis ipsum, hanc Cæsaris prerogativam agnoscit, omniumque Comitiorum constitutionum, quæ in Corpore Recessuum Imperii leguntur, exordia, comprobant, frustra ab Hippolito à Lapide ea in dubium vocatur, cui à Stamlero heic responsum est. Similia apud Status quoque occurrunt: ut placitum Imperii, Reichs Gutachten/ fiat, omnes Status, vel major eorum pars, consentire debent, in modo tamen consentiendi, Electores & Principes eam sibi prerogativam, ex observantia Imperiali, competere asserunt, quod inter se invicem prius, per simultaneam re- & correlationem, ut appellatur, convenire debeant, quam civitates Imperiales audiantur, nisi, quod ab his, observantia illa legitima in dubium vocata, atque huic differentia, utut hactenus sine ulteriori successu, contradictum sit, quemadmodum ex actis tam superiorum, quam presentium comitiorum, quorum illa, præter Londorpium, Autor der Grundveste: hæc vero, Hagemeierus exhibet, amplius apparet. In curia solenni comitiali, ad audiendam propositionem Cæsaream, omnes Status, decenti ordine, se conferunt, eâ tamen distinctione, ut, juxta Imperatorem, vel ejus Commissarium, Electores, eorumque legati, & Principes præsentibus ipsi, equis vebantur, principum vero ac cæterorum ordinum legati omnes, pedites incedant, prout autor des Berichts/ wie es auff Reichstagen pflegt herzugehen / annotavit, hinc cum ab Austriaco ac Salisburgensi legato, aliquando contra agebatur, apud Imperatorem, isti conquerebantur, daß sothanes Reiten selbige sich wider das Kundbare und alte übliche Reichs/Herkommen und Observa-

Chr. Sp. Lis
7. c. 124.
art. XVI.
§. 2.

de Rat.
Stat. in
Imp. G. p. 1.
c. 6. f. 2.
de Reserv.
Imp. §. 33.
n. 3. seqq.

Cont. part.
VII. L. 6.
c. 139. 269.
306. 307.
part. II. c. 6.
De Comit.
Imp. Germ.
p. 52. seqq.

tit. von der
proposition

Comm. de
Legat. Stat.
Imp. c. 17.
§. 5.

de Ao. 1654.
§. 3.

de Jurisd.
Imp. R. II.
2. 52.

Observantz / auch zu nachtheillicher Schmälerung der
Chur Fürsten Gesandten / und denen in Person antwe-
senden Geist- und Weltlichen Fürsten allein ziemender/
und von Alters herbrachter Præminentz / und
Hochheit sich ganz neuerlich angemasset / petieruntque,
das Chur Fürstliche COLLEGIUM und die persönlich an-
wesende Fürsten / bey dero Reichsfundigen alt her-
gekommenem Rechte zu handhaben. uti Memoria-
lium, tum à Collegio Electorali, tum à Principibus, supe-
riorum comitiorum initio, exhibitorum, quæ alibi in-
tegra adduximus, huc pertinentia verba sonant. Ita, ne
in comitiis, ante publicationem hujus propositionis
Cæsareæ, congressus Legatorum, super publicis causis,
haberi possent, adscribitur dem Reichs Herkommen / in
novissimo Imperii Recessu. Ut super singulis capitibus
conclusa, & in Cancellaria Moguntinensi concepta, an-
te publicationem, Ordinibus prælegantur, usu receptum
dixit Pauervermeisterus. Sed infinita est hujus argumenti
materia, quare pergendum est.

III.

Effectus Observantia Imperialis.
Judex. Modi probandi. con-
traria.

Relat. Ar-
gent. XCI.
n. 3.

XXXI. Inter *Effectus* Observantia multi ponunt,
quod sit *fidissima juris precedentis interpret*, & *declaret*,
quid in *generalitate comprehendatur*, quemadmodum
ex Baldo, Deciano, aliisque, observat Tabor. *ita etiam*
omnem ambiguitatem per eam tolli, & *rei gesta lucem*
adde.

addere, ex aliis, *Arumeus* pronuntiavit; sed de observantia, in sensu vulgari, ista accipienda sunt, sive de observantia alicujus dispositionis, legis, testamenti, contractus. V. r. D. 25. 0. 56.
 propius huc transferri potest, quod *vetustas habeat vim legis*, nominatim enim ad *observantiam Germania* id applicavit *Schottelius*: adeo vero id hic procedit, ut & *juri scripto praferendam*, cum *Bidembachio*, dixerit *Klockius*, cum aliis *Richterius*: neque enim novum est, posse etiam *quae publicis constitutionibus sancita fuerunt*, per subsequentem Imperii usum & observantiam, quae tacito summa potestatis consensu, & approbatione fulcitur, denuo abrogari, aut certe mitigari, varietque immutari, monente *Itero*; nisi quod existimaverim, eas hic excipiendas esse leges, quibus diserte provisum est, ne observantiam contra allegare liceat, cujus rei specimen habemus in *Constitutione pacis publicae, Wormatiæ facta*, alius effectus est, quod *observantia haec odiosa, adeoque non extendenda sit*, de quo *Schottelius*, supra jam laudato libro, videndus est. l. 1. §. ult. l. 2. ff. de aq. & aq. plur. d. libri praefat. de contrib. c. 20. n. 91. p. 1. decis. 18. n. 15. de feud. Imp. c. 19. §. 8. de A. 1495. tit. 10. wlv sehen auch c. 7. n. 7.

XXXII. Caterum saepius videmus, super Imperiali Observantia, inter status disceptari, diversisque animorum motibus, eam modo in hanc, modo in illam partem trahi. in causa simultaneae re- & correlationis, à civitatibus Imperialibus desideratae, supra exemplum habuimus. occurrunt alia plura. quaesitum est, an in consultationibus Comitibus, idem ordo materiarum retinendus sit, quem in proponendo servavit *Caesar, Stamlerus*, aliique, qui hinc *reservatum Caesaris* conficiunt, pro sententia affirmante, inter alia argumenta, *notoriam quoque Imperii observantiam*, allegant: alii, qui negativam tuentur, inter quos est *Anton der Grund* Weste/ observantiam hanc insistantur. Pro praecedentia sua, ante legatos Electorales,

F extra

er
e
/
D
e,
n-
/
4-
e-
n-
e
is
s,
in
us
n-
m
ati

nt,
et,
m
m
ne
le.

ap. Londorp.
Cont. p. VII.
L. 9. c. 112.

de A. 1570.
§. 162.
de A. 1654.
§. 106.
de Princip.
Et Stat.
Imp. p. 1.
c. 13. n. 14.
Not. S. R. I.
L. V. c. 2.
Comment.
de Legat.
Stat. Imp.
c. 15. §. 33.
ap. Londorp.
d. l.

extra casum peragendorum officiorum solennium, Prin-
cipes adducunt, die Reichs-kundige Observanz. ut ex me-
moriali illorum, Cæsari propterea exhibito, discimus; E-
lectorales, pro se idem nomen usurpant. Non immerito
igitur dispiciendum est, quis in tali casu iudex sit? sane,
quia observantia idem ac lex est, jus vero Legislatorium,
cujus pars interpretatio Legum authentica habetur, inter
Imperatorem & Status est commune redditum, videtur
& his conjunctim, quænam & qualis observantia sit, pro-
nuntiandi facultas competere: quod quidem extra cau-
sam iudicii facilius admitti potest: sed ubi in iudicio ad
observantiam utrinque provocatur, aliud forte dicendum
est, postquam enim Cæsari uni, in controversiis ejusmodi,
inter Status coortis, jurisdictio competit, prout manifesti
textus *Recessuum Imperii* docent, & Mylerus, Bæclerus alii-
que Doctorum plures comprobant, frustra dissentientibus
aliis, quorum opiniones conciliare *alibi*, sustinuimus,
sponte sequitur, & ipsum de meritis causæ, quæ in hanc no-
stram observantiam se diffundunt, iudicare posse. videas
certe, Status ipsos sæpius ad hanc Cæsaris jurisdictionem
provocare; in materia præcedentiæ ante legatos Electo-
rales, Principes, postquam in observantia se niti, dixerunt,
à Cæsare petunt, durch dero Kaysersliche Autorität zeitlich
zu vermitteln und zu verordnen/ damit obangezogene (Ele-
ctoralium Legatorum) Neuerung abgestellt werden mö-
ge; quanquam fateri cogamur, Imperatorem hic raro se-
cundum rigorem juris, & per sententiam vere judicialem,
ejusmodi lites definire, plerumque remediis lenioribus,
per modum temperamenti, ut vocant, disceptantes con-
ciliare, consuevisse. quomodo præsentibus Comitibus, lis,
super legitimatione Legatorum, apud Directorem Mo-
gunti-

guntinum solita fieri, A. 1677. excitata, dum Moguntinus, ut Legati Principum formulam sui mandati ad ades directoriales ipsi afferrent, maxime ex hoc fundamento, quod *Observantia Imperii id requireret*, prætendebat, iterum composita est, *alibi* indicavimus. aliud exemplum simile, in processione ad actum propositionis Casarea, superioribus Comitibus Anno 1654. circa jus equitandi, ex relatione, apud *Autorem der Grund. Westel* observare licet.

*Comment.
de Legat.
Stat. Imp.
c. 13. §. 15.
P. II. c. 2.
p. 76.*

XXXIII. Quemadmodum vero de Consuetudine dicitur, quod facti, adeoque probanda sit, nec simplex allegatio sufficiat, ita idem etiam *circa probationem juris publici usufructu*, hoc est, observantiae hujus, obtinere, recte monuit *Rachelius*. Valet enim huc illud *Baldi*, quod *observantia non amplius habeat in potentia, quam probetur de usu*. atque hinc in *Ordinatione Judicii Aulici*, Consiliariis, Referentibus, injungitur, ne observantiam vel Consuetudinem, feudalem maxime, contra jus feudale clarum alleganti, credant, nisi legitime probaverit; ubi tamen excipienda erit observantia notoria; nisi quod interdum notoria dicatur, quæ revera talis non est, sed dubitandi rationem habet, uti *Schutzius* notat. quo posteriori casu, amplius rationem, quâ ista probatio instituenda sit, explicat idem *Rachelius*, nimirum non ita simpliciter, ut *constet aliquid factitatum esse, sed ita factitatum, ut pro jure receptum, seu tanquam juste factum, nec injuste ab aliis faciendum, comprobatum sit*, atque in sequentibus, hoc testimonio peritorum indigere, asserit, *quæ peritia quo major & cum prudentia atque integritate animi conjuncta fuerit, eo majorem mereatur fidem*.

*Intr. in l. P.
c. 10.*

Tit. V. §. 1.

*V. l. D. 4.
0. 17. l. d.*

XXXIV. Nominatim per testes probari observantiam posse, tradit *Schottelius*, quibus & *documenta publica* accedunt.

d. l. prof.

cedunt.

OK
TK
4450

conclus. For.
Ex. 2. 8. 16.

Concl. 423.
n. 21.
ad t. C. qua
fit long.
consuet. n. 5.
L. 2. 99.
pract. 77.
L. 1. Ecleg.
28.

d. l. prof.

Introd. ad
I. P. c. 10.

cedunt. Testes tamen non præcise decem, ut *Bocerus* aliique putant, necessarii sunt, sed duo sufficiunt, secundum ea, quæ apud *Lauterbachium* allegantur; per unum vero non probatur, ne quidem ad hunc effectum, ut juramento suppletorio locus sit, prout ex his quæ à *Mascardo*, *Perezio*, *Schultesio*, aliisque traduntur, manifestum est. nec judici aut Magistratui, de ea attestanti, creditur. Vid. *Philippi*. Sed incidunt hæc in locum communem, de probanda consuetudine, quare nihil addimus.

XXXV. Superest, ut quæ observantiæ *contraria* sint, vel verbulo indicemus. Opponitur autem eidem, velut è regione, *nova usurpatio*, quæ in *l. 1. C. de excoctio. & transl. annon. milit.* dicitur. Nostris solenni vocabulo, *Neuerung*/ amatur explicari, de quo omnia fere acta publica plena sunt. Alias observantia tolli potest vel *lege abrogatoria*, vel *desuetudine plena*: prioris generis, supra exemplum dedimus, in constitutione pacis publicæ. posterioris, specimen exhibet *Schottelius*, in poena portandi canem, quem, ex *vetusto more*, apud Francos atque Suevos, olim obtinuisse, ex *Gunthero*, & *Ottone Frisingense*, refert, quæ deinceps plane cessaverit, atque ita antiquata sit. Cæterum quomodo hæc antiquatio interdum vel *universalis* sit, ubique & in toto Imperio; vel *particularis*, in una vel altera parte, à *Rachelio* iterum expositum est. Tale quid & *factis* fieri potest: ita olim in Imperio Germanico observantiæ fuerat, ut in literis etiam à Collegio Electorali ad Reges directis, titulus *dignitatis Regie* usurparetur, ac mutatum id est, adversus Regem Christianissimum, postquam conventionem cum Electoribus, tempore pacificationis Westphalicæ iniit, ut Illi hi *Majestatem*, his Ille *Fraternitatem*, darent. Sed jam diu ratio instituti nostri flagitat, ut denique finiamus.

1007
715

Vid. l. 2. §. 5. ni
& §. 39. ff. ap
de O. l. et
in l. 10. ff. sig
de jur. Co-
dicill. de

§. 5. l. de ex-
hered. l. 13. qd
14. 16. C. de
usufr. V
Hodoget. ca
Jur. p. 386. JC
e. 6. n. 7. va
seqq. & Ec
c. 41. n. 9.

A. B. tit. 22.
§. 5.

ni
ap
et
sig
de
tu
qd
V
ca
JC
va
Ec
ser
ex
all
TU
AV
su
be
fir
hi
ut
qu
qu
bu
sp
m
Ju
tic
m
pr



consultorum, qui
floruerunt, unde
am proprio titulo,
udentibus ad pru-
it, idque intelli-
tustatis, vel anti-
, quemadmodum
annotavit, expli-
nus, Ferrariensis
rio, in quo etiam
inde consignavit;
ca Germanica ob-
ur, ad juris traditi
er argumenta jam
quod ipse Carolus
orum, addita in-
rarii jam non ba-
ter observatorum,
Cæterum & illud
dam propriam, &
bservantiæ, à reli-
nos traditionum,
ocabulum, adhi-
in varias iterum
is quoque jus Ro-
dinem & mediam
paravit. Qua ra-
speditione, vel in
occupetur, in re
II. Obser.

